



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Launomarus Abb. 19. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

19.Ian. VITÆ SANCTORUM. 47  
non turpis cogitatio pulchram animæ no-  
stre coram D eo speciem fadet. Non nos  
terrenæ facultatis abundantia in super-  
biā erigat, non tenacitas misericordiæ  
viscera pauperibus claudat: Vigeat in nobis  
perpetua castitas. S. Pet. Dam. serm. 65.

S. LAUNOMARUS ABB. 19.Januarij.

**E** Galliæ est hoc lilium, quod manu te-  
nes. Multa inde in rosaria Mariana  
transferemus; interea isto oculos ob-  
lecta. Nascitur ergo LAUNO-MARUS an-  
no post natum Servatorem vigesimo  
supra quingentesimum. Puer genium  
suum defraudat, ut inopum daret. Hinc  
Sacerdos, ex Sacerdote nobilis eremi  
cultor cœnobium exædificat, & silvas  
facit habitari. In his feræ à lupis agi-  
tatae asyloa sinum pandit, veriflma au-  
rei seculi ovis. Inde optimus orator ora-  
tione suâ suadet arbori ingenti, alio ut  
migret, & persuadet. Depopulantem  
porrò omnia flammâ uno Crucis signo  
exarimat: ægris sanitatem pristinam plu-  
rimis impertit. Sed non perinde avaro  
nescio cui facere medicinam placuit.  
Fuit hic oppidò dives, sed letho pro-  
ximus recte pauper sibi videbatur. Mit-  
tit itaque X.L. aureos LAUNOMA-  
R O, sive ut deum sibi per hunc propi-  
tium redderet, sive ut fortè sic mor-  
tem auro corrumperet, At verò

LAU-

48 VITÆ SANCTORUM. 19. Ian  
LAUNOMARUS ad severum in arâ es-  
amen singulos expendere, & unico  
duntaxat servato, alios omnes remit-  
tera, gravi additâ denuntiatione, quâ  
& expostulabat, quod furtum munus  
Deo obtruderet, & simul mortem in-  
dicebat. Et vero non huic tantum, sed  
universæ Galliæ vastitatem clademque  
vaticinatus est; ipse tamen ne hanc vi-  
deret, morte oculos clausit. Ex Surio.

Homo, mitte & præmitte thesaûrî  
tum in cœlos, ne cœlestem animam demis-  
gas in terram. Aurum de profundo terra;  
anima ab excelsis cœli. melius proinde est,  
ad sedem suum deferri aurum, quam in  
sepulchro auri anima diemergatur. S.  
Pet. Chrys. ser. 22.

S. ABUNDANTIA VIRG. 19 Ian

S Aris laudasse A B U N D A N T I A M VI-  
deri possem, si illud modò dicarem,  
& natam & mortuam laudatam ultra  
ab ære campano suisse. Adjiciam tamen  
alia pluscula. Cùm sacra fonte tingere-  
tur, dicuntur lampades templi suâpce  
sponte accensæ, & infanti lucem & urbi  
infantem gratulatae esse; ipsa A B U N-  
D A N T I A jam tunc in innocentis femi-  
næ patrocinium (adulterii rea agebatur)  
suisse facunda. Jam octeniem ferunt ab  
icone pueruli J E S U M A T R I S sinum  
insidentis pomum aureum, quod manu  
forrè